

Orationis Micissa  
in hypothesisi  
IMITATIO,  
continens

Ultima Serenissimi Electoris Sax. verba  
ad filios illustres:

Parvos ego vos, illustrissimi filii, e celsissima  
hac, quam his oculis vestris adstantem cernitis,  
conjuges suscepi et educavi, existimans, non minus  
me Patrem vobis, qui vos genui, ob summum, quo  
vos semper amplexus, amorem charum fore, quam  
piissimam matrem, quae non uno vos partu in hanc  
lucem edidit. Neg ea res falsum me habuit.

Nam ut alia quam plurima et egregia facta ve-  
stra, filii illustrissimi, omittam, hoc saltem re-  
censere jam fert animus, quod me vestramque in-  
dulgentissimam Dominam matrem reverenter per  
omne vita vestra tempus coluistis, quod me to-  
tamque familiam hanc nostram illustrissimam glo-  
riam haud exigua a teneris decorare annisi estis,  
quod faustissimis item connubiis vestris permul-  
tos eosque potentissimos Germania Principes ex  
amicis familiarissimos mihi fecistis. Vos, Vos, in-  
quam, in Germania augustissimum familiae no-  
stra nomen multis nominibus renovastis. Po-  
stremo, quod difficillimum inter mortales, glo-  
riam invidiam vicistis. Nunc, quoniam mihi  
natura finem vita facit, per hanc dextram,  
perque Electoratus mei fidem moneo obtestorque,  
ut vos, prout tempus hac laudabiliter fecistis, etiam  
post ultima mea fata invicem, qui genere non  
propinqui, sed germani fratres estis, charos ha-  
beat: neque matris ultimam meam voluntatem  
violare, quam ratam eandem habere. Non exer-  
citus, non thesauri regnorum ac Principatum  
praesidia